HUGO DE SANCTO VICTORE

Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 49r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift

49

calefacit intrinsecus. et non sinit arescere fri
gore infidelitatis in hyeme presentis uite.
et quamdiu hec spes uiuit in ira mente. numquam
arescet arbor sapientie. sed quemadmodum lignum
illesum seruat uirorem suum. dum eque se habet
in contemperantiam humoris et caloris. sic animus
arescere non potest. quem et calor spei spiritus sancti
nutrit. qui desuper radiat. et studium bone
operationis quod subtus rigat. Quomodo frondescat

Decimo loco adiunctum est per circum
spectionem frondescit et expandit ramos.
Quidam sunt in quibus sapientia in altum crescit. quidam uero
in quibus in latum se expandit. In contemplatiuis
in altum surgit. qui per acumen mentis penetrant usque
ad contemplanda secreta celestia. in actiuis
in latum se expandit. quia hii intentionem mentis
sue multipliciter foras spargunt ad dis
pensanda terrena. Sunt uero non nulli qui per quiete
diuinitus sibi concessam. primo multum in conte
platione excrescunt. sed dum uident alios
simpliciores fratres terrenis actionibus oc
cupari. eos in comparatione sui despiciunt.
et dum ipsi steriles sint a bono opere. bona
tamen opera in aliis non pertimescunt iudicare.